Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ad Heb 5
173

et spiritui gratiae contumeliam fecerit. Scimus autem qui dixit. Mihi
ultionem et ego retribuam. et iterum quia iudicabit dns ppl'm
suum. Horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Rememoramini autem pristinos dies. in quib; illuminati magnum certamen
sustinuistis passionum. et in altero quidem obprobriis et tribulationibus spectaculum facti. in altero autem "socii" taliter conuersantium
effecti. Nam et uinctis compassi estis. et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. cognoscentes uos habere meliorem et manentem substantiam. Nolite itaq; amittere confidentiam uestram
quae magnam habet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria est ut uoluntatem dei facientes reportetis pmissionem.
Adhuc enim modicum alq; quantulum qui uenturus est uenit et non
tardabit. Iustus autem mis ex fide uiuit. Et si subtraxerit se non
placebit animae meae. Nos autem non sumus subtractionis filii
in pditionem. sed fidei inadquisitionem animae. xcvi

Est autem fides sperandarum substantia rerum argumentum non
apparentium. In hoc enim testimonium consecuti sunt seniores. fide intelligimus aptata esse secula uerbo dei. ut ex uisibilibus uisibilia fierent. fide plurimam hostiam abel quam cain obtulit deo. p quam testimonium consecutus est esse iustus testimonium phibente muneribus eius deo ut p illam defunctus adhuc loquitur. fide enoch translatus
est. ne uideret mortem. et non inueniebatur quia transtulit illum
ds. Ante translationem enim testimonium habebat placuisse deo.
Sine fide autem impossibile est placere deo. Credere enim oportet
accedentem ad dm. quia est et inquirentib; se remunerator fit. fide
noe responso accepto de his quae adhuc ñ uidebantur metuens. aptauit archam in salutem domus suae p quam damnauit mundum
et iusticiae quae p fidem est heres institutus. fide qui uocatus abraham
obediuit in locum exire quem accepturus erat in hereditatem.
et exiit nescius quo iret. fide moratus est in terra repmissionis tamquam in aliena in casulis habitando. cum ysaac
et iacob coheredib; repmissionis eiusdem. Expectabant enim